Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Philipp Julius Pommern-Wolgast, Herzog

# Philippi Julii Ducis Stetini Pomeraniae ... Diarium Itineris per Germaniam, Angliam, Galliam atque Italiam anno M DCI - M DCIII. Suscepti

Gurstroviae: Fritzius, 1751

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832388874**

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn832388874/phys_0001

MK-9453.(1.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn832388874/phys_0002

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832388874/phys_0003

V. A. N. 3. H

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832388874/phys_0004

51 51

# PHILIPPI JULII

Ducis Stetini Pomeraniæ, Caſſubiorum
& Vandalorum,
PRINCIPIS Rugiæ, Coadjutoris Episcopatus
Camminenſis,
COMITIS Gutzkoæ, Terrarum Leoburgenſi-
um & Butovienſium Dynaſtæ,
*GLOR. MEM.*

# DIARIUM ITINERIS

*per Germaniam, Angliam, Galliam
atqve Italiam*
ANNO cIↄ Iↄci - cIↄ Iↄciii.
SUSCEPTI
qvod ex MSTO recenſitum
VARIIS OBSERVATIONIBUS HISTORICIS
PRIMA VICE ILLUSTRAVIT
M. DAVID RICHTER,
*GYMN. GUSTROV. RECT.*

*GURSTROVIÆ*, prelo FRITZIANO, 1751.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn832388874/phys_0005

SERENISSIMO DUCI
ac PRINCIPI
# DOMINO
# CHRISTIANO LUDOVICO II.
*DUCI Regnanti Meclenburgico,*
*PRINCIPI vetuſtæ Gentis Henetæ, Sverini & Raceburgi,*
*COMITI item Sverinenſi, Terrarum Roſtochii atqve Stargardiæ Dynaſtæ,*
DOMINO MEO LONGE GRATIOSISSIMO.

Ex Bibliotheca Academiae Gustroviensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832388874/phys_0006

# SERENISSIME DUX
## CLEMENTISSIME PRINCEPS

Ex Ducali Itinerario MSTO, excerpta qvædam, humillima pietatis meæ religione offero, qvia & Seren. Genti Meclenb. hæc gloria ſemper fuit propria, exteras perluſtraſſe regiones, qvod nec Hedericus in Chronico ſuo Sverinenſi indictum prætermiſit. Hanc vero qvalemcunqve operam ſi benigno, pro Tua gratia, reſpexeris vultu,

vota qvoqve bonorum omnium, hoc lætiſſimo Natali Tuo, pro Tua Salute, clementiſſime admittes. Qvot qvot enim ex venerabili ore Tuo ſpiritum ſe trahere ſuum, ſubjectiſſimo profitentur cultu; totidem etiam ex ſuo Suorumqve ſolido Natali tot horas ſibi demunt, qvot Tibi impertiendos precantur annos. Deus T. O. M. qvi in itinere viarum Tuarum Te portavit ſuper alas aqvilarum, qviqve ceu verus & ſine fuco ophthalmiater, Te oculi ſui pupillam temere tangere vetuit, cuſtodiat Te porro ut pupillam oculi, in Ser. Domus & Terrarum Meclenb. diuturnum ſolatium. Hæc ſumma votorum eſt

*Guſtrov,*
d. 15 Maji Anno 1751.

omnium ſubjectiſſimi Tibi
*M. Davidis Richteri.*

# I. N. D. A!

## §. 1.

Qvemadmodum peregrinationes prudenter inſtitutæ virtutis cultori ad prudentiam ſibi politicam & literariam comparandam feliciſſimi adjutores eſſe poſſunt; ita qvoqve palam eſt, plurima illas emolumenta & ſingularem pragmaticæ prudentiæ uſum afferre ſpeciatim Principibus in ſpem futuri imperii genitis. Qvanta enim non ſperabimus de futuro fatorum noſtrorum diſpenſatore, ſi politicis ſe accingit itineribus, poſtqvam per prudentis educationis beneficium, Hiſtorias, leges, geniumqve patriæ ſuæ penitus imbibit, illaqve omnia cum exterorum moribus, inſtitutis atqve indole ſalutariter confert, nocitura declinat, profutura autem ſeligit, ſibiqve commendata habet? Me eqvidem haud fugit τοὺς πάνυ, LANSIUM in Conſultatt. Orat. 6. c. Galliam p. 429 ſqq. CONRINGIUM de Civili Prudentia c. 13. p. 289 ſqq. atqve de LUDEWIG in Illuſtratt. ad Aur. Bullam, Tit. 30. §. 3. p. 1435 ſqq. parum his favere peregrinationibus: Potentiſſimum

qvoqve Boruſſiæ Regem peculiari mandato vetuiſſe A. 1714. Daß niemand ſich auf Reiſen begeben möchte, ohne von Kön. Majeſt. dazu beſondere Erlaubniß zu haben; hæc tamen omnia æqve minus nobis adverſa puto, ut illa, qvæ Principibus omne ſtudium literis impendendum disſvadent ap. LUDEWIG l. c. p. 1450. Improvidum qvippe ac immoderatum ad exteros proficiſcendi ſtudium impetumqve omnino damnamus, qvem uno alterove exemplo declarare liceat. Qvis ADRIANO Imperatori laudi duceret, qvod ÆLIO SPARTIANO in Ejus Vita cap. 17. teſte, *peregrinationis ita cupidus* fuerit, *ut omnia qvæ legerat de locis orbis terrarum præſens vellet addiſcere?* Omnium qvoqve incurrit indignationem EDUARDUS FORTUNATUS, Regens Marchio Badenſis qvod extra ditiones patrimonium abligurire ætatemqve conſumere maluerit, qvam avitis præeſſe terris. Utrum qvoqve FERDINANDI ALBERTI, Ducis Brunsvic. cujus mox mentionem faciemus pluribus, nimium peregrinandi ſtudium huc referri poſſit? alii judicent. Tantum proinde abeſt ut omnes promiſcue peregrinationes temere improbemus ut plenos potius videamus eorum libros, qvi utilitates ex profectionibus capiendas, larga manu atqve ex inſtituto expoſuerunt copioſius, recenſitos in STRUVIANA Bibliotheca Philos. cap. 7. §. 31. ſeu ult. cui addantur Supplementa ACKERIANA & KAHLIANA, qvibus tamen haud præter rem forſan adjiciemus Homeri Odyſſeam, Horatio Epiſt. l. 2. 17 - 29. laudatam Chriſt. COLERI *Epiſt. de Studio Politico* p. 134. NAUDÆI Bibliogr. Polit. plerumqve ſubjectam, VERULAMII Serm. Fidelem 18. p. m. 83 ſqq. LIPSIUM Cent. 1. Epiſt. 22. p. m. 26. & in Cent. Miſcell. Epiſt. 88. p. 556. & in Cent. 5. Epiſt. 24. p. 1085. M. Jo. PASCHII *Raphaëlem Apodemicum Principum.* Witteb. A. 94. pl. 2. D. Petr. MULLERUM disp. de *Jure peregrinantium*, recus. 713. M. Jo. Caſp. LOESCHERUM

RUM

RUM de *Peregrinatt. Literariis* Witteb. A. 97. pl. 3. M. Frid. Henr. JACOBS Diatr. de *Peregrinationum Eruditarum Ortu, Progreſſu & Fine* Jen. 707. pl. 6. M. Ge. Nic. KRIEGK de *Peregrinatt. Romanor. Academicis.* Jen. 704. pl. 10. Apposite etiam huc faciet Rud. Aug. NOLTENII Diatr. de *Peregrinatt. Principum Juventutis ex Ser. Domo Brunsvico Luneburgica, Ser. Principi, Dn. CAROLO,* tot. tit. *cum A.* 1732. *Menſe Julio divinis auſpiciis in terras peregrinas abiret, Gvelferbyti* emiſſa plag. 3. qvi p. 9. alios, multoqve plures indicavit pro itinerum utilitatibus Scriptores. Video etiam alios Principes & noſtra qvoqve ætate nullos omnino dubitaſſe, qvin ſua literis mandaverint itinera. Sic proſtant CHRISTIAN ERNST Marggraf zu Brandeb. Reiſen durch Deutſchland, Franckreich, Italien und die Niederlande, in 12. Bareuth 1699. atqve JOH. ERNST Hertzog zu Sachſen Weymar Reiſen nach Franckreich, Engeland und die Niederlande, durch Joh. Nieumayr beſchrieben in 8. Jen. 734. ut periegetas cogitato omittam.

## §. 2.

Hos inter Principes recte & ex ſuo merito referendus eſt PHILIPPUS JULIUS, gl. m. *Dux Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum & Vandalorum, Princeps Rugiæ, Coadjutor Episcopatus Caminenſis, Comes Gutskoæ, Terrarum Leoburgenſium & Butovienſium Dynaſta,* Serenisſimo Patri ERNESTO LUDOVICO, d. 17. Jun. A. 1592. defuncto, ex SOPHIA HEDWIGA, Ducis Brunsvic. JULII, filia d. 24 Decembr. A. 1584. natus & d. 2 Febr. anni ſeqventis renatus, avum veneratus PHILIPPUM I, Ducem Stetini, Pomeraniæ &c. Cum ornatisſimus florentisſimusqve Princeps ex inſtitutionibus Frid. GERSCHOVII, adoleſcentior factus, annum ætatis

17mum ageret, ex Conſilio Patruelis & Tutoris, Ducis BOGISLAI XIII. & Ser. Matris ſuæ viduæ, iter ſuum ingreſſus eſt d. 1. Febr. 1602. per Germaniam, præcipue vero per Meclenburgum, Brunsvicum, Miſniam, Thuringiam atqve Haſſiam. Argentorato in Lotharingiam & Galliæ partes orientaliores contendit. Transmiſſo deinde freto Anglicano, perluſtratisqve Londino, Oxonio & Cantabrigia, Pariſios rediit, penetrataqve Galliæ parte Occidentaliori & Meridionaliori, per Sabaudiam Helvetiamqve, Mediolanenſes adiit Venetiasqve. Hinc profectus Bononiam, Anconam, ipſamqve Lauretanam Mariam, Vaticanum Romamqve petiit. Nec inferiorem Italiæ partem prætermiſit, ſed Neapoli Romam reverſus atqve a Pontifice multo honoris cultu mactatus, oram Italiæ maritimam adſcendit, Florentiam, Luccam, Genuamqve luſtraturus. Inde Venetias, Tridentum, & Eremum D. Virginis inviſens, Oenopontem intravit. Heic opportunitati indulſit opulentisſimasqve Imperii civitates, Auguſtam Vindelicorum, Ulmam & repetita vice Norimbergam ſalutavit. Tandem Erfurto ſuperato, Sandaviaqve relicta, ſoſpes & incolumis reverſus Wolgaſtum ad lares & penates patrias A. 1603. circa medium Octobris.

§. 3.

Non vero Juvenem Principem ad peregrinos ejecerunt nudum, nec gravisſimorum Virorum comitatu deſtitutum Exteris permiſerunt Seren. Tutor atqve Mater; ſed lateri Ejus adhærere voluerunt Berend Bugenhagen, Land-Marchal, und Erasm. Ruſſowen, jetzigen Cantzler, zu der Zeit aber Camerarien und Fürſtl. Raht, die Inſpection auf J. F. Gn. Leib und Geſundheit zuförderſt, hernach auch deroſelben Junckern, Dienern und allen Geſinde Leben und Verhalten,

wie auch die Direction der gantzen Reiſe zum treulichſten und fleißigſten durch den Cantzler Burchard von Horn im Nahmen des Fürſtl. Vormunds, wie auch der Fürſtl. Wittwen anbefohlen, und alle J. F. Gn. Aufwärtern wes Standes ſie wären, Ihnen zu gehorchen und zu folgen auferleget worden. Suo etiam officio hi Monitores providiqve Ulyſſes ita ſatisfecerunt, ut, qvid virtus & qvid ſapientia poſſit, utile propoſuerint nobis in hoc Itinerario exemplar. Laudibus enim meritisqve eorum hoc omnino dandum eſt, qvod nec ſpectatum venerint ſuperba turritarum urbium faſtigia, aut qvævis vulgaria rudi plebeculæ plerumqve æſtimata, ſed qvod ipſa Regum adyta, Principumqve receſſus aulasqve ita adierint, ut ſui admirationem ubiqve reliqverint. Principis itaqve ſui, tanto comitatu muniti, perſonam haud ſemper celare potuerunt, ſed dignum eadem cultum, aliqvando etiam luxum adhibere debuerunt, id qvod aliis forſan diſplicebit, & præſertim Illuſtri Dn. de LUDEWIG, libro cit.

## §. 4.

Qvin hos inter Achates FRIDERICUS qvoqve GERSCHOVIUS ſuum habuerit locum, tanto minus dubito, qvanto certius conſtat, ab Eodem Itinerarium noſtrum fuiſſe conſcriptum, dignaqve ſua pietate & integritate ab Optimo Principe reduce reportaſſe præmia. Gerschovius namqve is eſt, qvem ob doctrinæ ſuæ ubertatem, vitæqve probatam innocentiam Gryphicæ academiæ dedit Juris Profeſſorem celeberrimum, qviqve peculiari Orat. funebri, juſto ſui Philippi Julii eximias dotes laudesqve extulit præconio Wolgaſti, teſte Celeber. viro, Dn. *Andr. Weſtphalio in diſſert. de Ser. Principum Pomeraniæ meritis in rem literariam*, Gryphisw. A. 1723. hab. §. 22: qvemadmodum idem qvoqve officium PHILIPPO

a 3 LIPPO

LIPPO JULIO, & PHILIPPO SECUNDO, Gryphiswaldiæ præſtitit M. JOH. TRYGOPHORUS, Philos. Pract. & Hiſtor. Prof. in *Oratt. duabus Philippicis*, ibidem A. 1623. plagg. 10. in 4. impresſis.

## §. 5.

De hujus autem itinerarii ratione, qvia memorabilium multitudine ſatis eſt locuples, anceps fere ſum conſilii, qvemadmodum exponam, qvod vereor, ſi ἀξιομνημόνευτα referre incipiam, non libri medullam enarrare, ſed ipſum Diarium Itineris transſcribere videar, ſi vel ſummas etiam attigero. Has proinde mihi ipſi leges figam. 1) Ut ea, qvæ in *Viatorio Germaniæ, Galliæ ac Italiæ,* oder nützliche Anweiſung durch Teutſchland, Franckreich und Italien zu reiſen. Frfti, Impenſis Jo. Dav. Zunneri Ao. 1671. in 12 evulgato, qvod per hæc literarum compendia, *Viat.* indicabo: vel 2) in BERKENMEYERI vermehrten curieuſen Antiqvario, vel 3) in Reali & Status Lexico, legi poſſunt, tacitus, ſciensqve prætercam; cætera vero, qvæ alicujus videbuntur momenti, nec ingrata eſſe poterunt, fideliter reddam, aliqvando etiam illuſtrare ſtudeam. Licet enim literatisſimus Princeps, PHILIPPUS JULIUS hoc ſui itineris Diarium ipſe literis non conſignaverit, qvod prudentiæ ipſius tribuo, qvale qvid ſupra ſub calcem §. 1. indicati Principes, & FERDINANDUS ALBERTUS, Auguſti Brunsvicenſium Ducis, Princeps filius natu minimus, hoc præſtitit opuſculo: Wunderliche Begebniſſe, und wunderlicher Zuſtand in dieſer wunderlichen verkehrten Welt. Durch den ſo genanten Wunderlichen, erſter Theil, begreifend des Wunderlichen Leben und Reiſe-Beſchreibungen. Auf dem Fürſtl. Reſidentz-Schloß Bevern, druckts Johann Heitmüller A. 1678; non tamen nullius eſt eritqve pretii, ſuaqve

qve ſe raritate commendat, qvia ipſis Gryphicis Muſis, iisdemqve oculatisſimis, inviſum fuit, adeo, ut Weſtphalius ſupra laudatus, ſui fragmenti copiam a Cel. SCHOETGENIO impetraverit. Taceo utilitates varias, ex itinerariorum lectione ſperandas, qvarum aliqvam partem poſt Theodorum HASÆUM in Diſſertatt. Sylloge, paſſim, etiam GOTTSCHLINGIUS docet in diſp. *de libris Hœdoporicis* A. 1703. Lipſ. plag. 3. hab. qvas inter haud ultima eſt, qvod ipſo Gottſchlingio cap. 2. §. 5. confitente, paucisſimi itinera conſcribant de Imperio Germanico, cum ſit Patria noſtra. Sed arcem cauſæ aggrediamur.

## §. 6.

Cum d. 6. Febr. Guſtroviæ appropinqvarent, fama adventum Principis antevertiſſe videtur, da ſie denn mit dem Geleit anſehnlich angenommen, und von dem hochlöblichen alten Fürſten, Hertzog Ulrich, H. z. M. Chriſtmilden, und auch der Durchl. Hochgeb. Fürſtin und Frauen Annen, gebohren zu Stetin, Pommern, Hertzogen zu Meckl. J. F. Gn. freundlichen lieben Mumen biß in den 3ten Tag mit aller Fürſtl. Luſt und Kurtzweil aufgehalten, und gar ſtattlich tractiret worden. Den 7 Febr. haben J. F. Gn. den Thiergarten, ſo hinter dem Hauſe gelegen, darinnen vieles Wild, mit beſonderer Luſt geſehen, wie auch die ſchönen Marmorſteinernen Epitaphia im Dom, nebſt der Meckl. Stamm-Linie, und den Anfang einer guten Liberey. Neminem offendat, hodie poſt arcem Ducalem incluſa vivario deſiderari fera animalia. Per hoc enim ſesqviſeculum ita per Dei gratiam ſub manſvetudinis tutela Ser. Ducum Meklenb. caput ſuum extulit Guſtrovia, continuatisqve ædificiis aucta, exornataqve fuit, ut renata videri qveat. Per Bibliothecæ autem colligendæ initium tranſpoſitio

tio Bibliothecæ Canonicorum ex templo Cathedrali in ſedem Ducalem indicatur, qvam Ser. Duces poſtea etiam exreculis laciniisqve Heidelbergens. locupletarunt. Hæc fata Bibliothecarum revocarunt mihi in memoriam diſp. *M. Rud. Ant. FABRICII*, de *Translatione Bthecarum memorabili*. Helmſt. 724. plag. 8. hab. qvare cætera tranſibo. Aulæ Guſtrovienſi valedicens, *Sverinenſium* arcem, & Templum Cathedrale oculis uſurpavit, admiratus magnifica Ducum Jo. Alberti I. & Chriſtophori, mauſolea, atqve pretioſum ejusdem templi organon pnevmaticum, welche mit 7000 Rthlr. der Leute Bericht nach, nicht erbauet. Qvæ deinceps de *Wiſmaria*, *Lubeca*, *Hamburgo & Luneburgo* refert, ſatis ſunt nota, atqve ex *Viat.* aliisqve hujus qvidem generis libris, modo nominatis, hauriri poſſunt. Rationem vero Salinarum Luneburgenſium hanc tunc temporis obtinuiſſe tradit. Der Sultze haben ſich 54 Häuſer zu gebrauchen. Ein jedes Hauß hat 4 bleyerne Pfannen, welche man oft umſchmeltzen muß. Die geben alle Tage 8 Tonnen Saltz. Eine jede Tonne wird zum wenigſten um 1 Rthl. verkauft. Ein jedes Hauß hat faſt alle Wochen 8 Tonnen Saltz. Wie viel Tonnen Saltz aber aus 1 Kummen geſotten werden, habe ich eigentl. nicht behalten. Doch wurden wir berichtet, daß das gantze Saltzwerck 1 Tonne Goldes ohngefährlich alle Jahr tragen ſolte, die Unkoſten mit eingerechnet, welche meiſtentheils aufs Holtz gehet. Denn Ein Hauß hält 3 Perſohnen, dem einen gibt man wochentlich 18 ßl. den andern beyden 1 Fl. Qvi vero plura memorabilia, ipſamqve Sulciam penitius cognoſcere cupit, conſulat ſcriptores ab Clar. *Dan. Frid. BARING* in *Notitia Scriptor. Brunsvicenſ. & Luneb.* p. 80. collectas, cui addet NEVIUM in acceſſionibus ad Mantiſſam Part. 2. Sect. 31. p. m. 305. Hinc ad diverſa monaſteria, Wedingen, Altenſtadt, Iſenhagen, piis etiam nunc exercitiis pro utroqve ſexu reſervata, ſe contulit.

De

De *Riddagshauſano* cœnobio autem hæc traduntur. Dies Kloſter hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis ſtudiis durch einen Magiſtrum, welchen der Abt beſoldet, inſtituiret werden. Solcher Kloſter-Schulen ſeyn 6. im Lande Braunſchweig, in unterſchiedliche Claſſes abgetheilet, durch welche die Stipendiaten ordentl. geführet werden, biß man ſie endlich auf der Univerſitæt nach Helmſtädt mit Nutz verſchicken kan. Cum deinde turbulentum *Brunſvicum*, mox vero Gvelferbytum adiiſſet, in ſeceſſu vicino Heſſen ab Avia ſua tenerrime receptus & per 9 dies retentus fuit. Amœnitates autem Heſſemenſes, dictaqve Monaſteria latius enarrabunt Autores apud Baringium reperiundi.

## §. 7.

Heſſemo die 4 Martii diſcedebatur, relictaqve Halberſtadio, Schanderslebiaqve, *Halam*, intravit, ubi d. 7 Martii præter alia, ſalinas qvoqve vidit, de qvibus ita: D. Meckbachs Bericht nach, ſollen die Saltz-Koten jährlich 2 Tonnen Goldes tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkoſten gerechnet. Von der andern muß man dem Hrn. Biſchof ein genantes entrichten, welcher das Feudum 123 Häuſern verleihet. Qvam vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar. KREYSIGIUS, pleniorem ſine dubio dabunt notitiam in *Btheca Saxon. Super*. p. 941. In templo Cathedrali Halenſi obſervarunt Epitaphium D. Moſmanni, ex unica ſua uxore triginta liberorum Parentis facti, cujus πολυτεκνίας alia pluraqve ſuppeditabunt exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 171. *PICCARTUS Obſervat. Hiſt. Polit. Decad.* II. p. 286 - 292. *M. Jac. THOMASII, Oratt.* p. 121. *LANSII Conſult.* p. m. 130. ut omittam *STEPNERUM* in *Inſcript. Lipſienſibus*: *Andr. Caroli*

*roli in Memorab. Eccleſ. ſec.* XVII. paſſim. Lipſiam ingreſſus, ab Academia & Senatu ſplendide exceptus fuit. Dominica Lætare templum aditurus, Ducem Littavicum, Chriſtoph. Radzivilium admiſit comitem, & ſub veſperam, convivam. Poſtridie ante meridiem, D. Herbornii Prælectionibus Theol. interfuit, publica Orat. Principi *auſpicata ſtudiorum ſuorum initia* gratulati. A meridie ciſtis hydraulicis cœmeteriisqve perluſtratis, in ſtadio curſorio ſe omnibus probavit Principem. Reliqvos autem dies mutua abſtulerunt convivia. Poſtqvam etiam M. Salom. STEPNERUS A. 1675. in 4. 2 alph. 8. plag. utiliſſimo certe conſilio, collectas edidit *Inſcriptiones Lipſienſ.* nobis hodie domi in Lipſienſium cœmeteriis peregrinari licet. Die 22 *Torgaviam* venit, cujus notabilia licet *Viat.* & reliqvi ſupra §. 5. indicati libri, & Einleitung zur Hiſtorie des Churfürſtenth. Sachſen Lipſ. 1714. in 8. edita Part. 4. cap. 3. enarraverint, hæc tamen ex noſtro Diario transferre placuit. Dieſe wohlerbauete Stadt treibet ein ſtarckes Brauwerck, daß man den Rauch von den Pfannen über 3 Meilen ſehen kan, hat in alles 115 Gebrauw. Ein jedes gibt 10 Faß Bier, und dem Churfürſten 6 guter Gulden Zinſe, und über das, alle Gebrauw insgemein 600 Fl. Conferatur etiam heic & in mox ſeqventibus Clar. Kreyſigii Btheca Saxon. Super. Statum *Wurtzenæ*, qvalis iſta qvidem ætate fuit, ita deſcribit. Alhier haben die Biſchöffe von Meiſſen vorzeiten reſidirt. In Dom werden 12 Canonici unterhalten, 6 Adels-Perſohnen und 6 Doctores, haben ihre eigene Gericht und Conſiſtorium. Die Kirche war mit feinen Säulen und Epitaphien wohl geputzt. Das Hauß klein, hatte aber ein luſtiges gewölbtes Gemach. Die eine Vorſtadt ſoll zweyen ſo groß ſeyn, denn die rechte Hauptſtadt an ſich ſelbſten, für welcher die Milda vorbey ſtreichet, und machet eine herrliche groſſe Auwe, darauf viele Leinwand im gantzen Land gebleichet wird, gibt gute Lachſe, aber thut zuweilen

len vielen Schaden an der Brücken. Es ward uns auch die Schule gezeiget, welche von den Bürgern neulich erbauet mit groſſen Unkoſten die ſich über 2000 Floren ſolten belauffen. Die 24 *Grimmam* adiit, die berühmte Fürſten-Schul, da denn 80 Scholaren täglich geſpeiſet, an jedem Tiſch 12 Knaben. Die meiſten erlegen etwas für die Koſt, neml. 15 Fl. jährlich, müſſen ſich gleichfals Kleidung, Bücher und Betten ſchaffen, haben allein die Inſtitution und Wohnung frey. Den Beneficiariis aber, ſo der Churfürſt unterhält, werden 15 Ellen Tuch, 4 paar Schuhe und 2 Bücher Papier nebſt einen freyen Tiſch das Jahr über gereichet. Dieſe Schule iſt in 3 Claſſes abgetheilet, hat 4 Præceptores, und 4 Famulos. Täglich wird nur 4 Stunde geleſen, müſſen aber etliche Horas in der Kirchen halten. Die 25 Mart. *Lipſiam* repetiit atqve per Paſchales ferias, omnes Theologos, Paſtores, Radzevilium, Profeſſores & Senatum lautis exhilaravit epulis, den ſelten eine Mahlzeit hingegangen, daß nicht vornehme Leute zu J. F. Gn. gefodert worden.

## §. 8.

Die 7 April, Lipſia ſe movit, & qvia Princeps Ser. Electorem de ſuo in urbes montanas & thermas Carolinas itinere fecerat certiorem weil Sie bekanter Weiſe ziehen wolten, ex mandato Electorali ubiqve hoſpitaliter fuit exceptus. Lipſia ergo egreſſus eſt, mit 10 reiſigen Pferden, 3 Kutſchen und 1 Rüſtwagen Wurcenamqve pervenit, & ſeqventi die Oſchatzium *Miſenamqve*, de cujus Epiſcopo BENNONE nota qvædam narrat miracula, plenius expoſita a *M. Mart.* Heydenreich *in vita Bennonis*, Dresdæ Lipſiæqve A. 1714. in 8. plag. 12. edita, & SCHAMELIO in der Beſchreibung des Kloſters Goſſeg p. 30-39. cauſa qvoqve exponitur, qvare Electo-

ribus Saxoniæ haud placeat Miſenæ recubare. Perluſtrato
templo cathedrali, Scholam qvoqve intravit Illuſtrem, darin-
nen viele Edelleute Kinder doch meiſtentheils auf ihre eigne Un-
koſten unterhalten werden. Die Scholaren empfingen J. F.
Gn. auf dem Platz mit einer Figural-Muſic, und erlangten den
Tag urlaub. Cætera VIAT. qvidem habet, ſed non ita accu-
rate qvam qvidem oculatus teſtis. Sic enim pontem deſcri-
bit noſtrum Itinerarium. Es ſtehet ſonderlich wohl zu ſehen
die Brücke vor Meiſſen, welche die Künſtlichſte gehalten wird,
unter allen Brücken ſo über die Elbe gehen, gleichwie die Dres-
denſche und Pragenſche die längſten. Die Meißniſche iſt nur
von Holtz, hat wenig Pfeiler, und ſehr lange Geſchicht, iſt de-
rohalben oben mit beſonderer Kunſt gefaſſet, und hänget gleich
in æqvilibrio. *Dresdæ* d. 9. April. mirifica comitate Princi-
pem comitesqve, amplexi fuerunt abſentis Electoris aulici.
Poſtridie audita in Sacello aulico concione & muſica, ab Ele-
ctrice cum Raſſavio fuit convivio adhibitus. Poſtero die ar-
mamentarium, eqvile, cænaculum, tandem Cimeliarchium
inviſit. Eqvile 110 Eqvorum capax dicitur. Man gibt vor,
daß weil der Stall auf einen Kirchhof erbauet, daß die Pferde
nicht darin gedeyen wollen. Die Rüſt-Kammern hingen alle
voll ſtattlicher Pferde-Zeuge, Riemen und Satteln von Gold
und Seyden aufs köſtlichſte recamirt. In einem Sattelknopf
war ein ſchlagendes Uhr. - Sonſten auch eine groſſe Menge von
Schlitten, allerhand Kleidung ſo zum Aufzügen im Ringen und
Balley Rennen und Fußturnir dienſtlich - auch ſind J. F. Gn.
auf die ſchöne Ringbahne geführet, und haben beyde Apothe-
cken, für Hund und Pferde geſehen. De Technotheca autem
qvia autor confitetur, daß er von einen des Orts wohlerfahr-
nen Manne gehöret, man müſte ein gantzes Viertel Jahr dazu
nehmen, und täglich etliche Stunden hinein gehen, wenn man
alle 4 Kammern nach Nothdurft beſehen wolte, und möchte es
für

für meine Perſohn wohl wehrt ſeyn, daß wir auf einen nüchtern Morgen geſehen hätten, die ſehr künſtliche Arbeit in Gold &c. Sciendi cupidus conſulat præ cæteris *Ant. Weckii & Beutelii libros* huic argumento inſervientes, nec non *Introduct. in Hiſt. Saxon.* §. 7. indicatam Part. 4. cap. 3. p. 56-81. Qvia autem præter Weckium nullam video pontis Dresdenſis mentionem factam, ſubtexere hic placuit: Etliche Nachrichten von der Elb-Brücke in der Königl. Reſidentz-Stadt Dresden, ſamt deren dahin gehörigen Monumentis, bey der wegen angefangener ſchönern Ausbeſſerung derſelben, vorgegangener Veränderung zuſammen getragen. Dresdæ 1729. in 8. plag. fere 2 cum tabula ænea. *Freibergenſe* Electorum, Mauritii & Chriſtiani dormitoria marmorea contemplatus eſt d. 12 Apr. das Arbeits-Lohn dieſes Epitaphii, Chriſtiani, ſoll ſich auf 60000 Rthlr. belauffen haben, qvod vel ideo referre volui, qvia nec in *Viat.* p. 427. nec in Introd. cit. p. 1. c. 19. p. 505. & Part. 4. p. 840. illud obſervavi. *Mariæburgum* ampliſſimo foro eſt inſigne, 250 Ellen beyde lang und breit, welches deſto mehr zu verwundern, weil es auf einen Berg gelegen. *Annæbergam* ita laudat: eine wohlerbauete Stadt, hatte eine ſchöne Kirche, darinnen die Schwibogen vergüldet, das Altar von guten Marmor, und um die gantze Pfort-Kirchen der Stamm Jeſſe abgemahlet war. Conferri interim de Annæberga ejusqve fodinis metallicis aliisqve rebus merentur b. GOETZII diſſert. de *Cultu Annæ* theſi 3. in *Meletem. Annæberg.* p. 1018. & *M. Joh.* Dietericus diſſ. de *Annæberga & claris viris inde oriundis* Lipſ. 702. hab. plag. 7. cap. 1. p. 4-22. Cætera docebit KREYSIGUS. Hinc montem adſcendit piniferum, atqve d. 16 April. *Thermas carolinas* inviſit, welches mit vielen und gewaltigen hohen Bergen umringet, und unter denſelben aus einen tiefen Loch, welches man den Brudel nennet, hart an der Döbel in groſſer Menge und Gewalt, mit treflichen Geräuſche und ſehr dicken

Rauche heraus ſpringet, und es viele hitziger Materien oder Mineren in ſich enthält, als Salpeter, Saltz, Kalckſtein, Allaun, Schwefel, Victriol &c. Iſt auch viel heiſſer, als man es beym Feuer ſieden kan, denn man von Stunde an Hüner, Schweine und andere Sachen abbrühen, und faſt im Augenblick ſäubern kan. Man muß es auch eine gantze Nacht zuvor ſtehen laſſen, ehe man ſich beqnemlich darin baden mag. Zu leinen Kleider taugt es nicht, die werden röthlich davon &c. Sed brevioribus utendum videtur lineis, qvia & montis piniferi & aqvarum medicatarum laudes & rationem qvam plurimi expoſuerunt, a Cel. SCHEUCHZERO in *Btheca Scriptorum Hiſt. nat.* nominati, Tiguri An. 716. in 8. edita. Addatur M. Joh. Matthiæ Groſſen Btheca hydrographica cum Lexico hydrologico & præf. Doct. Joh. Jac. Beyeri edita 729. in qvarto plag. 7. Annæbergam rediens d. 19 April bekamen wir eine Verzeichniß aus dem Amtbuch, unter des Amtmann oder Schöſſers Hand, was das eine Schneberg innerhalb 50 Jahren zur Ausbeute getragen, welches ſich auf eine unglaubliche Summe Geldes erſtreckte, und habens wir zuvor ſämtlich dafür gehalten, es möchte ſich der Schreiber etlicher maſſen in den Nullen verſtoſſen haben, wenn nicht ein alter vornehmer und glaubwürdiger Mann Abr. Bock ſolches wahr zu ſeyn bekräftiget. Subjungit proinde copiam horum redituum, brevitatis cauſa a nobis prætereundam, qvam vero egregie prorſus & per omnia confirmat laudata jam ſupra Introd. part. 4. p. 128. & cap. 5. p. 160. Præſtitiſſet autem, ſi uſum pecuniæ non magnitudine ſed ratione emenſi fuiſſent, minusqve affluentius vixiſſent. Sed pergamus ad Auguſtoburgum, ut intelligamus etiam, qvantus ædificator fuerit Ser. Elector Auguſtus. Itinerarium noſtrum ita: die ſtattliche Auguſtusburg, ein herrliches Schloß, auf einen hohen Berg gelegen, iſt in 4 Häuſern ausgetheilet; als nemlich das Sommer-Hauß, Linden-

Hauß,

Hauß, Kirchen-Hauß und Haaſen-Hauß. Ein jedes Haus hat 26 Gemächer, allezeit 3 Gewölbe über einander. Die Loſamenter ſind mit ſonderlichen ſeltſahmen Hirſch-Reh-und andern Geweihen geputzet, wie uns dann inſonderheit Eins gezeiget, welches von 64 Enden faſt ſchrecklich anzuſehen war, koſtet 10000 Rthlr. und damit kein Betrug darunter zu befürchten, ſoll es, des Amtſchreibers Bericht nach, in heiſſen Waſſer geſotten ſeyn. Sonſten waren noch 3 merckliche Dinge alda zu ſehen. Eine Fuchsgruben, mit groſſer Mühe und Koſten, durch einen harten Felſen, etliche viele Klaffter tief in den Berg gebrochen, zu dem Ende, daß Churf. Auguſtus, wenn man die Füchſe an dem Ort gelocket, durch ein ſonderliches Loch ſie deſto füglicher ſchieſſen könte, welches doch über 5 mal nicht geſchehen. Zum andern ein Brunn 68 Klafter tief, durch einen Felſen gehauen, den man mit Feuer und Eßig hat gewinnen müſſen, koſtet 70000 Rthlr. itzo werden ſonderliche Ochſen dazu gehalten, welche das Waſſer bey groſſen eiſernen Tonnen auftrecken, und in ein Kaſten gieſſen müſſen, aus welchen es nachmahls durch Röhren in das gantze Hauß vertheilet wird. Zum 3. war eine ſchöne Linde des Orts mit vielen ſteinernen Pfeilern geſtützet, darunter 50 Tiſche ſtehen konten. Dies gantze Hauß iſt mit Schiefer gedeckt, auch Feuer-Mauren damit beſchlagen, weil ſie ſonſten in den kalten Wetter keinen Kalck halten könten, auch ein ſchöner ſteinerner Gang ſowohl in-als auswendig des Hauſes bald unter dem Dach, zu geſchweigen der herlichen Kirche und Badſtuben ſo mit eiteln Zinn beſchlagen. Plura qvi deſiderat, evolvat Scriptores apud *Kreyſigium* p. 274. Interea temporis Lipſienſes obtulerunt faſces academicos, qvos non modo accepit, ſed munificentisſimis etiam ornavit academiam muneribus, qvæ vero omnia cum commendata Weſtphalii diſp. jam legenda exhibeat, nos iisdem referendis ſuperſedebimus.

§. 9.

§. 9.

Qvia vero b. Weſtphalius in diſſert. §. 4. indicata, pro ſcopi ſui ratione præteriit ea, qvæ a d. 2. Maji usqve ad d. 19. peracta fuerunt, ea ſupplebimus. Princeps enim, ne ullum fruſtra dimitteret diem, d. 3 Maji, Colditiam profectus eſt, der Churfürſtl. Wittwen Leibgedinge, welches noch zur Zeit nicht gar ausgebauet. Allhier war ein ſchöner und aus Holtz künſtlich geſchnitzter Tantz-Saal, darinnen 2 gedrehete groſſe höltzerne Leuchter hingen, welche als ein beſonderlich Kunſtwerck gezeiget worden. Dis Schloß lieget an einen luſtigen Thiergarten, deſſen Maur, weil ſie weit umgriffen, mit einer Tonne Goldes nicht ſoll erbauet ſeyn. Hierinnen ſtehet ein prächtiges Luſt-Hauß, 3 Gemach hoch, mit köſtlichen Gemächern gezieret, darinnen das Waſſer auf alle Loſamenter geführet, wie dann auch viele kleine Fiſchteichlein und Waſſer-Sprützen im gantzen Garten zu finden. Conſulendi præterea Hiſtorici qvos Kreyſigius p. 277. docebit. Waldenheimium ita deſcribit. Dis Hauß iſt vor Zeiten ein Kloſter geweſen. Jetzo hats die Chur-Fürſtin, mit groſſen Koſten, welche ſich in die 25000 Rthlr. belauffen, bauen laſſen. Ihre gantze Leibgedinge hat 4 Aemter, darinnen 6 Städte und über die eilf Ackerwercke. Reducem Lipſiæ factum Seren. Mater viſitavit, ab Academia & Senatu uſitatis culta donariis, qvamqve d. 12. abeuntem filius Princeps Juterbocum usqve comitatus eſt. Lipſiam tandem relinqvens d. 21. numeroſam vidit Nobilium, Senatorum aliorumqve ſe ſeqventium catervam, adiitqve Leucopetram Portamqve in welcher Fürſten-Schule 158 Scholaren faſt gar frey gehalten werden. Dis Stift hat groß Einkommen, 18 eigene Dörfer, und 3000 Rthlr. jährliche Zinſe, ſo der Chur-Fürſt erlegen muß. Pleniorem forſan de his tribus illuſtribus Scholis, Portenſi, Miſenenſi & Grimmenſi notitiam haurire licebit ex

Hiſto-

Hiſtoricis Specialibus apud Kreyſigium p. 510 & p. 575. De Portenſi autem Btheca, olim Beſavienſi, ejusqve catalogo vide Leuckfeldii Chronicon Abbatum Boſaugienſium per Schamelium edit. A. 731. p. 87. Porta per Arnſtadium venit Vinariam, notatuqve digna refert de literarum ſtudiis Frid. Wilhelmi, Adminiſtratoris qvondam Saxon. meritisſimi. Altenburgo Erfurtam, Gotham, Iſenacum, Wartburgum Smalcaldiamqve contendit, ubi Radzevilium qvoqve vidit præſentem, Landgrafiumqve Mauritium milites luſtrantem. Rationem vero ejus, milites indigenas eosqve perpetuos alendi, hanc docet fuiſſe daß im gantzen Lande der zehende Mann vom Land-Volck ſich in Kriegs-Sachen üben muß, ſowohl unter den Bauren als unter den Bürgern. Der Fürſt hat ſelbſt die Wahl, nimt welchen Er zu dem Handel tüchtig erachtet, auch die ſelbſt Luſt und Liebe dazu haben, und wird ein jeder Soldat von andern Bürgern zehn, mit beſtimter Monaht Soldung verſehen. Solte aber einer ſich aus den Erwehlten und auf welchen das Loß gefallen in ſolchem arbeitſamen Stand nicht ergeben wollen, wird er zwar mit Gewalt dazu nicht gezwungen; muß aber noch einmahl ſo viel bezahlen, wie ein andrer ſo zum Kriege nicht qvalificirt. Ueber die Soldaten ſind in allen Kreyſen Befehlshaber verordnet, welche diejenige Leute anweiſen, und in allen Kriegs-Sachen, Waffen und Wehren üben müſſen = und ſo kan der Landgraf in wenig Tagen biß in die 10000 Mann ſtarck zuſammen bringen. = Die Schloß-Capelle daſelbſt hatte eine Orgel von Elfenbeinern Pfeiffen, darauf der Land-Graf ſelber geſchlagen.

## §. 10.

Cum deinceps d. 4. Jun. Schuwegiam Altorfiumqve veniſſet, vidit in itinere ein fein Prædium, welches hochgedach-

ter Landgraf Moritz ſeinem geweſenen Præceptori nebſt 12 Pflugdienſte verehret, und ihn zum Inſpectorem über die Soede oder Saltz-Hütte, ſo zu Altentorf ſeyn, geſetzet. Das Saltzwerck kan dem Landgrafen über alle Unkoſten jährlich 36000 Rthlr. tragen. An ſelbem Orte war eine Strohſaltz-Lecke, doppelt über einander. Man geuſt das Saltzwaſſer an das Stroh oder Matten. Wenn die Sonne darauf ſcheint, ſo bleibet das Saltz am Stroh beſitzen, das Waſſer läuft ab. Es werden alhie die Soldaten auch gemuſtert, müſſen ſich über einen ziemlich breiten Graben in voller Rüſtung mit einer Stange hinüber ſetzen. Wer der Geſchicklichkeit und Stärcke nicht war, fiel mit groſſem Gelach der andern ins Waſſer. An dieſem Ort iſt auch das beſte Bier in gantz Heſſen zu finden. Caſſellas d. 8. appropinqvans a Landgrafio, totius aulæ Principibus, militiaqve obviam progreſsis, tormentorumqve exoneratione magnifice receptus, Orationibus, qvas variis lingvis recitarunt Nobiles Juvenes, gratulatoriis, aures præbuit, wie denn der Landgraf ein groſſes auf die Schule der Edelknaben wendete, Ihnen auch oſtermahlen Selbſt profitiret, zu der Zeit hatte Er 3 Frey-Herren bey ſich, mit dem einem von Bennenberg, pflag S. F. Gn. ſtets latein zu reden. Es wurden auch publicæ diſputationes in iſto Gymnaſio gehalten, und wolte der Landgraf hinferner die Ordnung machen, daß keiner unter 14 Jahren hinein kommen ſolte, auch nicht länger als 5 Jahren darinnen verharren. Immittelſt ſolte Er alles an Atzunge, Kleider, Bücher, und wie es genennt mag werden, frey haben. Darentgegen ſolte ein Fürſt 3000 Fl. ein Grafe und Frey-Herr 1000 Fl. ein Edelmann 560. und ein Bürger 300 Fl. eins vor alles entrichten. Ob nun dieſer Anſchlag für ſich gegangen, gibt die Zeit. Non enim imperitorum aulicorum (qvorum callida conſilia, inſidias atqve arcana graphice deſcripta detexit Summus Vir de *LUDEWIG* in *Illuſtratt. ad Aur. Bul-*

*lam*

*lam Tit.* 30. §. 3. p. 1444) gregem audiebat Mauritius, Principibus literas convenire negantium, ſed qvoniam Ipſe expertus fuerat, qvantum ad omne genus vitæ ex Scholis redundaret præſidii, eas nonſolum amavit, ſed inter Principes & literatisſimos qvoscunqve græce latineqve doctos, locum obtinuit facile principem. Has qvippe lingvas & loqvebatur & ſcribebat expeditisſime. Cæteras præterea Europæ lingvas ſcientisſime callebat, qvæ ſingula ex Lanſii Cellariiqve encomiis Mauritianis pobari poſſent uberius, niſi a. D.H.G. GOETZIO in disp. *de Principe Hebraice docto* §. 10. qvæ inter Ejusd. *Meletem. Annæb.* locum XVI. p. 871. invenit, jam prolata fuiſſent. Qvod etiam ipſam Hebraicam lingvam exacte habuerit cognitam, ex Ejusdem Dedicationibus ad Rudolphum II. Imperat. qvas Lingvis ſcripſit Orienti propriis contra b. Goetzium ex *Eruditorum Lexico* aſſeri poſſe videtur. Acerbe profecto dolemus, non qvod Philoſophi non imperent, nec qvod imperantes non philoſophentur ſemper, ſed qvod hodie ex Principibus paucisſimi cum Mauritio comparari posſint, niſi forte ex Seren. Ducibus Meclenb. JOHANNEM ALBERTUM I. lateri Ejusdem appoſuerimus, Ulrico qvippe doctisſimo Duce Meclenb. doctiorem, ipſo *BEHRIO de Rebus Meclenb.* judice & teſte. Is enim ſuo exemplo facem prætuliſſe videtur Mauritio, ſi qvidem non Ipſe ſolum Scholas, ſed ſuam præcipue Palatinam, aliqvoties viſitavit examinantisqve perſonam ſuſtinuit, Discentium qvoqve diligentiam ſpe futurarum dignitatum facta, variis propoſitis munusculis, iisqve non exiguis, accendit. Vide *MANLIUM in Collectaneis*, Tomo III. p. 131. Suæ Palatinæ ſeu Ducum Principumqve Scholæ MATTHIAM DABERCUSIUM, aſt qvantum ſui ſeculi lumen! Georgii Fabricii familiarem, compatrem & æqvalem, & poſtea Ejusdem generum & Succeſſorem præfecerat Hedericum. Ne vero fruſtra hæc a me fingi exiſtimentur, audiamus

amus Behrium IV. 4. f. m. 811. ſingula hæc enucleatius ita referentem. *Operam tunc temporis* (A. 1575.) *Roſtochii liberalibus ſtudiis navavit Gvilielmus Dux Brunſvic. & Luneb. eiqve faſces academici ſunt delati. Is Sverini Ducem Johannem Albertum I. convenit, eoqve præſente Dux cum ambobus filiis eum in Scolam deduxit Sverinenſem, ibiqve ſe præſente Scolares curavit examinandos. Finito examine Dux viginti Imperiales inter eos dividendos curavit. Juvenes Principes qvidem in eadem Scola educandos & inſtituendos decreverat, ideoqve conclavia, in qvibus degerent, curaverat ornanda, ſed morte forſitan præventus iſtud, haud dedit effectum. Fraterqve Johannis Alberti, Ulricus Epiſcopus Sverinenſis inſtitutam a fratre Scolam* (ſcil. Palatinam vel Juvenum Principum) *poſtqvam 29 annis floruiſſet, plane ſuſtulit, ludimoderatores & Scolares in Scolam Eccleſiæ Cathedralis juſſit migrare & celebrem noſtratem Hiſtoricum Bernh. Hedericum Eccleſiæ Cathedralis Scolæ præfecit.* Sed de his Scholis Palatinis a Carolo M. primum inſtitutis, a FRIDERICO I. Regiæ Boruſſiæ etiam A. 1709. tentatis, vide latius diſſerentem Summum Virum de LUDEWIG ad Aur. Bullam p. 1402 & p. 1442-1450. Cimeliarchium vero Caſſellanum indignum eſt qvod ſilentio prætereatur, cujus prima initia a D. PALUDANO (*Bernhardum* puto intelligi, cujus collecta Technomatotheca magnam ipſi nominis celebritatem pepererat, defunctum A. 1638, ætatis 82) 6000 thaleris Landgrafius redemiſſe dicitur. Inter rariora præcipue numerantur plumeus Indorum veſtitus, varia Sinica, armorumqve Species & Mumiæ, de qvibus longior inſtituitur ſermo atqve narratio qvantivis pretii. Certiora forſan & pleniora hauriemus ex M. Frid. Gottl. KETTNERI, Cizens. Con-Rect. Schediasm. Hiſt. de *Mumiis Ægyptiacis*, cujus 2da edit. Lipſ. 703. in 8. plag. 8. prodiit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn832388874/phys_0029




Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn832388874/phys_0030

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn832388874/phys_0031

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn832388874/phys_0032

De *Riddagshauſano* cœnobio autem hæc traduntur. Dies Kloſter hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis ſtudiis durch einen Magiſtrum, welchen der Abt beſoldet, inſtituiret werden. Solcher Kloſter-Schulen ſeyn 6. im Lande
ſchweig, in unterſchiedliche Claſſes abgetheilet, durch w
Stipendiaten ordentl. geführet werden, biß man ſie en
der Univerſitæt nach Helmſtädt mit Nutz verſchic
Cum deinde turbulentum *Brunſvicum*, mox vero Gv
tum adiiſſet, in ſeceſſu vicino Heſſen ab Avia ſua te
receptus & per 9 dies retentus fuit. Amœnitates aut
ſemenſes, dictaqve Monaſteria latius enarrabunt Autor
Baringium reperiundi.

§. 7.

Heſſemo die 4 Martii diſcedebatur, relictaqve
ſtadio, Schanderslebiaqve, *Halam*, intravit, ubi d.
præter alia, ſalinas qvoqve vidit, de qvibus ita: D. M
Bericht nach, ſollen die Saltz-Koten jährlich 2 Tonnen
tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkoſten g
Von der andern muß man dem Hrn. Biſchof ein gena
richten, welcher das Feudum 123 Häuſern verleihet.
vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.
SIGIUS, pleniorem ſine dubio dabunt notitiam in *Bt*
*xon. Super*. p. 941. In templo Cathedrali Halenſi
runt Epitaphium D. Moſmanni, ex unica ſua uxore
liberorum Parentis facti, cujus πολυτεκνίας alia plura
peditabunt exempla, *STISSERUS ad Sirac*. 16. p. 17
*CARTUS Obſervat. Hiſt. Polit. Decad*. II. p. 286 -
*Jac. THOMASII, Oratt*. p. 121. *LANSII Conſult*. p. n
omittam *STEPNERUM* in *Inſcript. Lipſienſibus: A*